I. N. D. N. I. C.

DISCURSUS JURIDICUS,

De

PRINCIPALIUM REDITUUM JURE,

QUEM

Divinâ favente Clementiâ,

CONSENSU

Magnifici JCtorum in Alma hac Salana ordinis,

PRÆSIDE,

VIRO

Nobiliſſimò, Ampliſſimò atque Conſultiſſimò

DN. JOH. FRIED. GEORGI,

J. U. D. Dn. Fautore, Patrono ac Præceptore ſuo æternùm devenerando,

Publicæ placidæq; Eruditorum diſquiſitioni exponit

Wilhelm ROMANUS,

Lichtenſteinenſis

AUTOR.

Ad d.   Julii. H. L. Q. C.

IENÆ,

Typis Joh. Jacobi Buhoferi.

Anno cIↃ. IↃc. LXIV.

Digitized by Google

[illegible]

[illegible] quod [illegible]

[illegible] Calcginare [illegible]

[illegible]

§. I.

QVod itaque felix, fauſtumque Deus eſſe jubeat! acturo mihi de Principaliũ redituum Jure, incumbere videtur, primùm & prius quam ad cætera me accingam, in ipſa vocabuli *reditus* cunabula, ſive originem inquirere. Inter a- ɔs autem Calepinus, non ultimæ ſortis Lexicographus, Lex. ſub voce *reditus*, deductam hanc vult à verbo re- re, & ſubnectit derivationis rationem, ideò, inquiens, ɔod quotannis redeat, reditus dicitur, cui aſſentiunt, *avolenus in l. in fructu 42. ff. de uſu & uſufr. Ulpian. in l. ſi ditus 10. ff. de inſtruct. vel inſtrum. leg. l. quæſitum eſt. 12. ff. ſi agro 12. ff. eod.* Alii contrà ſunt, qui à priorum ſententia cedunt, & vocem reditus non per d. ſimplex, ſed duplex ſcribendam eſſe aſſerunt, derivantes eandem à red- ɔndo, inter quos non ultimum ſibi locum vendicat, *Plin. Epiſt.* Sed ab his ipſis, ut ſuprà dictum, ſeceſſum facit udatus Calepinus, eâ captus ratione, quod primam vo- ıbuli reditus reperiamus apud Poëtas correptam, cujus ɔemplum producit, præter reliqua, *ex Ovid. lib. 2. de Pont. eg. 3. inquiente:*

At reditus jam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit
Utile, ſollicitis computat articulis.

onnulli v. ab utraq; diſſentientiũ parte ſtant, aſſerentes, ɔod vox *reditus* non minus congruè per d. ſimplex, quàm ıplex ſcribi poſſit, neq; ſtringuntur allatâ jam Calepini tione. Poëtæ enim, qui primam brevem ponunt, &

 illi

illi, quibus per d. ſimplex ſcribere vocem arridet; derivant eam à redeo, hi verò, qui per d. duplicatum hanc pingunt, deducunt à reddo, ſuis nequaquam deſtituti rationibus, ſiquidem ea emolumenta, quæ ex iſtis, quibus cura impenditur & labor, proveniunt, reddi cenſeri manifeſtum eſt. Exemplum hujus occurrit in agris, qui depoſitum ſemen, & impenſam culturæ operam variis, paſſim in locis, quæ huc tranſcribere ſuperſedeo, intelliguntur reddere. Quæ derivatio pro noſtro ſcopo facit.

§. II. Homonymiam quod attinet, in Jure noſtro vox *reditus* accipitur aliquando ſtrictiùs, ut *in tit. de uſufr. & redit. legat.* pro eo, qui privato à privato obvenit, ubi videri poterit *Buſius tr. de ann. red.* Hôc tamen locô latiùs accipimus, pro quolibet obventu, qui principi ex rebus tàm propriis quàm alienis obvenit. Aliàs apud probatiſſimos Auctores, Ciceronem ſcilicet & alios, non rarò pro voce, reverſio, germ. Wiederkunfft / vocabulum reditus accipitur, quod ipſum quidem cum jubare meridianô ſit clariùs, nec explicatione indigeat, prætereo.

§. III. Ad ſynonymiam quod ſpectat, dicitur reditus aliis nominibus proventus, obventus, germ. Renten / Einkommen / Einkunfften / Gefälle / Intraden / Nuzzungen.

§. IV. Quibus præmiſſis definitionem vocabuli ſubjungendam arbitror. Et definiuntur reditus, quod ſint proventus, qui Principi Jure ità concedente ex bonis partim propriis, partim alienis, quin & perſonis, ad ſui ſuſtentationem, & negotia publica tantò feliciùs expedienda, obveniunt.

§. V. Generis locô poſui vocabulum proventus. Differentiam ſpecificam deſumſi à ſubjecto patiente partim, partim agente. Subjectum patiens, ſive ad quem redi-

Digitized by Google

editus redundant, dixi eſſe Principem. Subjectum a-ens, ſive à quo reditus Principis fluunt, conſtitui in defi-itione duplex: Reale & perſonale. Prius in duas ſpecies iviſi, fluunt quippe reditus illi, vel ex bonis Principis pro riis, id eſt, in quibus Princeps Dominium habet plenum, el ex Bonis ſubditorum, quorum quidem Princeps, æ-uè ac Imperator totius mundi, & apud JCtos, nomina-m verò *Voluſ. Macian. in l. Deprecatio 9. ff. ad L. Rhod. de Ja-u. & Marcell. in l. proximè. 3. ff. de his, quæ in teſt.* & apud Hi-oricos, *Livium ſcilic. l.* 10. Dominus appellatur. Non uidem ratione Dominii pleni, ſed Juriſdictionis ſaltim : protectionis, ut loquuntur *Dd. & Seneca, lib. ult. de benef. ap.* 4. Hæc de ſubjecto agente reali, de perſonali infrà luribus.

§. VI. Jam ad finem redituum. In definitione duplicem :ripſi, alterum ex parte Principis, alterum ex parte ſubdi-orum, quem poſteriorem meritò primarium, priorem v. ecundarium appellaveris. *Heig. part. I. q. illuſtr. 17. n. 7. Joan. à bokier, th. Pol. Aphor. c.* 10. *Bornit. lib. 4. de arar. c.* 1. Si enim il-id verum eſt, quod ſecundum confeſſionem omnium, ablica privatis anteponenda veniant, quis dubitet, ſalu-m Reipublicæ, & ſubditorum finem primarium, Princi-s verò ſuſtentationem, ſecundarium redituum eſſe fi-em?

§. VII. Forma redituum in eo conſiſtit, ut penda-ır Principi, communis emolumenti gratiâ. Materia t totuplex, quotuplices ſunt res hoc in mundo occur-ntes.

§. IIX. Diviſionem redituum quod attinet, cer-m quid determinari vix poterit, ſiquidem hic locus præ o, ſpeciale quid ſibi vindicare non rarò ſoleat, quapro-er B. L. ad cujusvis loci conſuetudinem remitto. Pro

 noſtro

noſtro tamen inſtituto diſtingui poſſunt in privatos & publicos. *vid. Dd. ad tit. C. de O. Com. Sacrar. largit. & d. O. C. Sacri Patrim.* hi iterum in reales & perſonales. De quo infrà fuſiùs.

CAPUT II.

De Neceſſitate redituum, & loco, in quem reponuntur, Fiſco ſcilicet & Ærario.

§. I.

PRius tamen, quam ad alia progrediar, haut abs re eſſe arbitror, ſi de neceſſitate redituum, itemque loco, in quem reponuntur, nonnihil annectam.

§. II. Horum autem neceſſitas tanta ſanè eſt, ut, niſi omnes Resp. ilicò ad incitas redigi velis, in dubium eam vocare non poſſis Etenim ſi verum eſt, potentiam (*teſte Jul. Caſ. in Dion. lib. 42.*) duabus rebus quæri, pecuniâ ſcilicet (quæ pendenda eſt à ſubditis Principi) & militibus, atque rerum gerendarum nervum eſſe theſaurum *Warem. ab Erenberg de fœd. p. 171.* non poteſt non ſequi, maximè neceſſarios eſſe Reipubl. ſuſtentandæ reditus. Quod ipſum dum ponderavit ſecum Mucianus, hortatus eſt Veſpaſianum, ut pecuniam ſibi faceret, pecuniam nempe nervos eſſe Principatûs dictitans. Cui adſtipulatur quoque *Juſtinianus per Ulpian. in l. in criminibus* 1. *§. in cauſa* 20. *ff. de quæſt.* Quemadmodum enim corpora noſtra ſine nervis moveri, ſuisque fungi muneribus non poſſunt; ita ſine pecunia Respubl. vix quidquam queunt. *Wendel. Inſtit. Polit. lib. 2. c. 24. in Explic. theſ. 2. p. m. 284. Arniſæus lib. 1. Polit. c. 15.* Objicis: Ambabus te quidem largiri manibus pecu-

uniam rerum gerendarum eſſe nervum, non verò re-
is. Reſp. 1. Quod omnes præallegati Auctores non
pecunia in genere, ſed de publicis obventibus in ſpe-
loquantur. Deinde privatas Principum pecunias tan-
rebus gerendis ſufficere quis, niſi ab humanitate alie-
, concesſerit? Abeas quæſo ad bella, quæ requirun-
? Arma, ſtipendia militum, munitiones, victus, ami-
s, & quæ ſunt ſimilia. Si verò cum *Nic. Machiavello*
2. *Diſſ. de Rep. Rom. cap.* 10. ſomnias, pecuniam, in-
ente, non eſſe nervum belli. Reſp. ſatis riſiſſe demen-
m ejus *Scip Amirat. lib.* 18. *Diſſert. Polit. in Tacit. Diſcurs.* 9.
que *Bornit. lib.* 1. *de Ærar. cap.* 1. *p. m* 3. & alios plures,
quos, ut reſipiſcas ablegatum te volumus. Et quid de
gationibus, nefandis cum ſumtibus ſuſcipiendis, dica-
us? Inſtas: *teſte Herod. & aliis* veras ac certas Principis
es, & propè extra omnem periculi atque jacturæ aleam
ſitas eſſe in ſubditorum divitiis. Reſp. non equidem à
bis hoc negari; vocari tamen, quam inde elicis, in du-
am conſequentiam. Argumentaris: Principum the-
uri ſunt poſiti in ſubditorum divitiis. E. non debent ſub-
i erogare eroganda. Elumbe ſanè ex parte tua argu-
entum, quod pro nobis potiùs pugnare videtur, etenim,
id proſunt divitiæ ſubditorum Principi, niſi in ſe re-
ndent, & ſequitur certè ex ſuprà allato argumento:
eſaurus Principis eſt poſitus in divitiis ſubditorum. E.
bent ſubditi erogare & formare Principi reditus? Co-
ris ulterius hujus vel illius exemplô, qui reditus non
poſcit, v. g. Conſtantini *Lath. de Cenſ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 7.
, ſententiam tuam ſtabilire. Reſp. A particulari ad u-
erſale non valere conſequentiam, & præterea alias
taſſus fuiſſe cauſas, quæ ſtimulum Imperatori ad hoc
iendum admoverunt. Experti ſunt ſanè ſuam in poſtu-
landis

Digitized by Google

landis reditibus negligentiam Lacædemonienſes, ex oppugnatione urbis Sami. Cinxerant hi equidem per 40. dies obſidione urbem, re tamen infectâ ob defectum æris domum reverti cogebantur, *teſt. Herodoto lib. 3.* Et quid ulterius de ſalariis Magiſtratuum, præmiis benè meritorum, ſuſtentatione pauperum, quin reſtaurandis his vel illis ædificiis proferamus? Patet ex hoc, non incongruè Regum ſapientiſſimum, Salom, *Eccleſiaſt.* 2. §. 8 dixiſſe Coacervavi mihi aurum & argentum, & ſubſtantias Regum & Provinciarum. Quæ omnia cum clariſſima ſint, mitto, atque ad alterum cap. hujus membrum me accingo,

§. III. Et ordine quidem ſic exigente ad Fiſcum & Ærarium. Apud Romanos olim inſignem inter utrumque conſtitutam fuiſſe differentiam, patet ex *Plin. ad Traj. & Suet. in Auguſt.* item *Tacit. Ann.* 5. & aliis, qui fiſcum Imperatoris, Ærarium verò Populi fuiſſe aſſerunt, & evincit idem [illegible] §. *hoc interdictum 4. ff. ne quid in loc. publ. & l. Senatus* [illegible] §. 4. 5. *ff. de J. Fiſci.* Hanc tamen differentiam hodie ſublatam eſſe, cum *Speid. in ſpec. var. obſerv. & not. ab p. m.* 341. arbitramur. Vid. quæ habet *Magnif. Dn. D. Struv. Exerc. 4. th. 24. & Dd. ad tit. de O. Procur. Cæſar.* Quicquid verò ſit, nihilo tamen minus de unoquoque, Fiſco & Ærario, ſubjungendum aliquid duco, & initió quidem de Fiſco.

§. IV. Vocabulum hoc Fiſcus aliàs & quidem propriè dicitur inſtrumentum aliquod, cui olivæ prælo ſubjiciendæ, mandantur, ut notat *Calvinus in Lex. Jur. ex Colum. lib. 12. cap. 48. & 49.* Deinde per metaphoram ad alias quoque ſignificationes eſt vox illa translata, ita, ut locum ſignificet, in quem Princeps reponit reditus, & derivat Calv. d. l. ab eo, quod fixus, id eſt, ſolvendo ſit,

in quo

juo tamen ludere potiùs, quàm derivare verè vide-

§. V. Fiſcus autem eſt duplex *juxta Bodin. de Republ.* *cap.* 10. *p. m.* 224. *& Speid. d. l. p.* 341. alius ſcilicet Prin- s privatus, alius publicus, *per l. hi qui* 4. *C. de conven. Fi- ſcb. j. l. Sciant.* 2. *C. de his, qui ex publ. rat. mut. pec. accep. ſcum* 3. *C. de Fiſcal. uſur. j. l. ſed Celſus ff. de contrah. emt.*

§. VI. Principis Fiſcus eſt Ærarium, in quod Prin- s reditus ſuos privatos, quos ex propriis bonis hauſit, utiorem ſui ſuſtentationem reponit, germ. dicitur mmergüther / Tafelgüther. *Andr. Knichen de Jur. ter- cap.* 4. *n.* 59. *p. m.* 384. Fiſcus contrà publicus eſt, æra- n, in quod Princeps ad commune Reipublicæ emolu- ntum reditus territorii publicos recondit, ſingulari- gaudens Privilegiis. Cujus poſterioris Fiſci Prin- s Adminiſtrator tantùm dicitur ut not. *ex Tholoſ. lib.* 3. *publ. cap.* 2. *n.* 10. *Limnaus Tom.* 1. *J. P. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 2. ris verò reverà eſt Dominus, & res privata Principis ur, non quod Princeps ſit perſona ... quod Fiſcus Principi competat non ratione ... t privato cuilibet notante eôd. *Limnæo* ...

§. VII. Fiſcum Principis privatum ſuô reliquo lo- & de publico ſaltim hâc occaſione noto, quod vice ris poſuerim ærarium, partim, quod vocabulum hoc. nerale, & omnibus locis pecuniæ reſervandæ deſti- commune, partim verò quod JCti nominatim verô *s in l. Edicto* 13. *pr. &* §. 1. *it. Mauritian. in l. Senatus* 15. *&* 3. *ff. de Jure Fiſc.* idem evincant, differentiam ſpe- m deſumſi partim à cauſa finali, partim ab adjunctis. a finalis eſt Reipubl. utilitas, id quod in præcedenti- lucidè ſatis declaratum & teſtatur præterea *Imperator v.* 149. *cap.* 2. *& Nov.* 8. *cap.* 10. §. *oportet quoque.* Ad-

B junċta

Digitized by Google

juncta ſunt varia Fiſci privilegia, quorum quædam recenſere licebit. Et primum quidem eſt, quod fiſcus omnibus anteponatur Creditoribus, *arg. l. quod quis 34. ff. de reb. auct. Jud. poſſid. Paul. Sent. lib. 5. 12. §. 10.* Non obſtat *l. in ſumma 17. ff. de Jur. Fiſci*, nec *l. ſi pignus 8. ff. qui pot. in pign. vel hypothec. Paulus* enim & *l. 34. ff. de reb. auct. Jud.* loquuntur de Creditoribus Chirographar. *teſt. edd. loc. cit. l. verò 7. de Jure Fiſci* loquitur de petitionibus pœnalibus & *l. 8. ff. qui pot. &c.* ſermo eſt de antiquioribus creditoribus hypothecam in re aliqua habentibus *tot. tit. ff. de Jur. Fiſ. Cujac. tom. 3. p. m. 226. ſubtit. de Jure Fiſci, lit. a.* (2.) ſuccedit Fiſcus in locum eorum, quibus, ut indignis, hæreditas aufertur *Add. tit. C. quib. ut indign. hered. aufert.* (3.) Res Fiſci u. ſucapi non poſſunt *per §. res fiſci 4. l. de uſuc. & long. temp. præſcript. & l. quamvis 18. ſ. l. ubi lex 24. §. interdum 1. in fin. ff. de uſurpat. & uſuc.* Ratio eſt inhabilitas, quia res, quæ non ſunt in commercio, neque uſucapi poſſunt, *arg. §. ſed aliquan*[illegible] *1. l. de uſucap.* res verò fiſcales tales eſſe, probat *l. P*[illegible] *Hoc interdictum 4. ff. nè quidem in loc. publ.* quia [illegible] propriæ & privatæ Principis *d. l.* Et quis omnia fiſci privilegia huc transſcribet? Abeat deſiderans ad *Menoch. præſ. lib. 2 præſ. 72. n. 2.* ubi extant plura. Præterea etiam notandum, quod, quamvis differentia ſit inter fiſcum publicum & Principis privatum, nihilo tamen minus hoc Principis patrimoniale iisdem gaudent Privilegiis. *per l. Fiſcus 6. §. quodcunque 1. ff. de Jure Fiſci*

§. IIX. Ex duplici hâc Fiſci conſtitutione oritur quæſtio: Cuinam Fiſco, privato an publico competant bona damnatorum? Ubi diſpiciendum prius, an damnatorum bona ſint confiſcanda? Et Reſp. diſtinguendo inter Jus vetus & noviſſimum. Jure veteri confiſcata fuiſſe bona damnatorum, patet ex textibus variis, quos allegat

Weſenb.

mb. in Parat. ad ff. tit. de Bon. damnat. à n. 1. usque ad 5. *ſ.* Sed aliud quid noviori Jure obtinere probat idem *luthent. Bona damnatorum c. h. t.* ubi ſolus criminis læſæ eſtatis caſus excipitur, ut ſcilicet pœnæ gravitate, ab citate criminis hujus deterreantur alii. Rationes au-, propter quas fortaſſis Jus vetus in *d. Authent.* muta-fuit ab Imperatore Juſtiniano, ante oculos ponit *Bo-s lib. 5. de Rep. cap. 3. p. m* 811. *&* 812. quorum prima eſt, d iniquum videatur, Parentum culpa derivari in li-is *arg. tot. tit. C. ne fil. pro patr.* hocq; probat *per Deut. Zech. 18. Jerem.* 32. 2. quod egeſtate deſperati homines arta latrocinia, & cædes impellantur. 3. Quod propter cias ejusmodi liberi, & vitæ, quibus aſſuefacti, volu-es ſellularias artes & opificia vix condiſcant ideòque, primis, ſi accedat ſceleris alieni contumelia, & infa-familiæ, totique poſteritati inuſta, illos ad latronum is, ac conſceleratorum hominum ſocietates quæren-& ad piraticam exercendam vitam invitet. Et quæ rationes ſimiles, quæ *cit. loc.* videri poſſunt. Hâc i-r aſſertione ſtante, quæritur, cui fiſco bona ex cauſa iinis læſæ majeſtatis damnatorum competant? & Reſp. d publico, propter rationes aptiùs infrà proferendas.

§ IX. Quæritur ulteriùs an privatus etiam habe-cum poſſit? Et Reſpond. cum *Bod. lib. 1. de Rep. cap.* 10. 49. diſtinguendo inter Fiſcum propriè dictum & opriè. Quod Fiſcum propriè dictum privati non ant, vel exinde patet, quod non habent Jus con-ndi, quod verò impropriè non videmus, quid obſtet. a nec Principis Fiſcum privatum propriè talem dici arbitrantur. teſt. *Conr. ab* Einſiedel, *de Reg. cap. 3. n. n.* 499. *in pr.* Hæc de Fiſco.

§. X. Progredior nunc ad ærarium illud ab ære expeditum eſt, & olim Romanus Populus, cujus

proprium erat ærarium, in æde Saturni reconditum iſtud habebat, ideóque dicebatur Ærarium Saturni *juxtà Schard. in Lex. Jur. p. m.* 380.

§. XI. Hodiè verò, ut ſuprà §. 3. dictum, poſteaquam Principes pacto populi jure provincias ſibi ſuppoſuerunt, juribus populi cum ſuis confuſis, confuſa eſt quoque Fiſci & ærarii publici appellatio, ut notat ex *Cujac. Speid. in ſpec. var obſerv.* quin promiſcuè in ll. accipiuntur, ut *in l. Senatus* 5. §. 3 *&* 4. *ff. de Jure Fiſci.* it. *l. edicto* 13. *in pr. ff. eod.* ;. *l. quando* 10. *C. de Bon. proſcript.* ita tamen ut fiſcus privatus ſeparatus ſit à fiſco publico ſive ærario, & inter fiſcum privatum germ. Cammerguther & publicum, D.r Landſchafftguther / in plurimis caſibus obſervetur quædam differentia.

§. XII. Habent etiam in pleriſque Rebuspubl Senatus ſua loca, in quæ reditus reponuntur, & germ. vocantur GemeineCaſſe. Horumque in morem Collegia & univerſitates arcas *l. neque* 1. §. *quibus* a. 1. *ff. quod cujusque univerſit.* germ. Laden, & Burſas, (quod Barbariſmum ſapit) communes habent. *Nicol. Loſeus de Jure univ. part.* 3. *c.* 1. *Thom. Michaël. de jurisdict. concluſ.* 137. *Beſold. claſſ.* 1. *diſput. Polit. ult. th.* 45. & has arcas non poſſe dici ærarium vel fiſcum autumat ſæpe dictus *Speid. d. l.* niſi impropriè. Et hæc de Ærario quoque ſufficiant.

CAP. III.

De

Tributis.

§. I.

VOcabuli tributum duplex apud probatos Auctores occurrit derivatio. Prima eſt, quâ derivat *Varro* à Tribubus,

401

ƀus, eò, quod apud Romanos olim tributim pro æſti-
tione patrimonii hic reditus exigebatur. Altera eſt,
i *Althus. Polit.* 12. *n.* 13. *& ſeq.* à tribuendo vocem hanc
lucit, eò ſcilicet, quia magiſtratui aliquid ex privato
ɔublicum tribuitur. Quarum utrique derivationi lo-
n eſſe concedendum, nec alteram alteri præferendam
uimus, liberum cuique relinquentes, ad quam acce-
e velit. Sunt equidem, qui *teſt. Auſ. Popmâ de differ. vo-*
.ab eo tributum derivant, quod tribuatur militibus,
. *in l. Ager.* 27. *§.* 1. *in fin. ff. de V. S.* quæ tamen vix erit
us loci.

§. II. Significationem tributi quod attinet, gene-
ter aliàs pro omni iſto, quod fiſco exſolvitur, accipi
atur *Lehemannus in Chron. Spierenſ. lib.* 2. *c.* 44. *fol.* 188.
ɔilo tamen minus eſſe differentiam quandam inter tri-
um & collectas arbitrantur *Schonborn. Polit.* 4. *c.* 24. *pag.*
ɔ. *& Latherus lib.* 1. *de Cenſ. cap.* 3. *n.* 1. *pag.* 20. Quæ diffe-
tia juxta eorum opinionem in eo conſiſtit, ut collectæ
extraordinariæ, nec, niſi ſummam ob neceſſitatem,
gendæ, tributa verò ordinaria ſint, ſingulisque tem-
ıporibus huic deſtinatis veniant pendenda.

§. III. Verùm ſi accuratiùs res expendatur, fate-
ogimur, utramque opinionem à veritate non abhor-
:, & quemlibet propugnare poſſe ſuam. Etenim,
ıd attinet *Schönb. & Lather. dd. ll.* utique inter collectas
:ibuta inſignis eſt differentia, ita quidem, ut tributa
inarios, collectæ verò extraordinarios denotet reditus.
od verò ad Lehemannum ſpectat, loquitur ille, prout
ıis videtur, de eo, quod hodiè obtinet, & innuit taci-
nullam hodiè, quamvis ſit, obſervari tamen in com-
ni loquendi uſu differentiam. Cui accedit etiam *Wehn.*
ſerv. pract. lit. 5. *ſub voce* Steuer / *§.* 2. *p. m.* 430. quod

Digitized by Google

ipſum & nobis videtur, concedendo ſcillicet eſſe diſcrimen inter tributum & collectam, quæ german. dicitur Schoß / Schoßgeld, communiter tamen promiſcuè has voces uſurpari.

§. IV. Dicitur porrò tributum aliis etiam nominibus contributio *l. ager. 27. in fin. ff. de V. S & l. filii 22. §. qui fœnus 7. ff. ad municipal.* Indictio *l. indictiones 3. C. de annon. & trib.* & hujus farinæ pluribus aliis, quæ Lexiocographi ſuppeditant, ad quos ipſos etiam L. B. ablegatum volumus. Jam ad definitionem deſcendendum.

§. V. Definiri autem tributa, (realia ſcilicet de perſonalibus infrà) poſſunt, quod ſint reditus publicus ordinarius, qui ſuperiori à ſubditis propter res ad Reipublicæ utilitatem & ſubjectionis ſignum penditur.

§. VI. Forma igitur tributorum realium conſiſtit in eo, ut à perſonis propter res pendatur, teſtantibus *Speid. in Spec. var. obſerv. lit. T. ſub voce* Tribut / *p. m. 1270. it. Arniſæo lib. 3. de Jur. Maj. cap. 7. n. 8. p. m. 437. nec non* Brautlacht / *de J. P. lib. 6 c. 2. §. 7. p. m. 126. l. Indictiones 3. C. de annon & trib.* & aliis, ideòque *in l. uſufr. 7. §. quoniam 2. in fin. ff. de uſufr. & l. neque 13. ff. de impenſ. in res dotal.* onera fructuum, *& in l. Rei 2. j. l. Omnes 3. C. ſin. Cenſ. vel relig. cenſ. comp. non poſ.* ratione poſſeſſionis privati ſoli offerri dicuntur.

§. VII. Materia eſt unaquæque res, quæ ſolvitur, & conſiſtit in corporibus, veluti aurô, argentô, ære, equis, armis, veſtibus & ſimilibus, ut refert *Speid. d. l. vid. Colleg. Argentorat. de Cenſibus th. 13.*

§. IIX. Finis eſt duplex, Primarius & Secundarius. Primarius eſt Reip. utilitas *Heig. d. c. 1. qua illuſtr. 17. n. 7.* Secundarius ſignum & recognitio ſuperioris *c. omnis anima. in fin. de cenſ. Lather lib. 1. de Cenſ. c. 3. n. 2. p. 421. Schönb. Polit. 5. c. 10.* Et

hoc

: eſt, in quo differunt tributum & penſio, ita, ut prius
jectionem, poſterius verò nequaquam talem innuat
præſupponat, *d. c. omnis anima in fin. de cenſ. Lath. d. l.*
inus equidem à contrariis nobis ſtat partibus *lib. 1. de*
. cap. 8. p. m. 224. & ideò quidem; quod Imperator no-
Romanus pro fruenda Hungariæ parte fiſco Turcico
uam inferat penſionem, hunc Turcicatum vocat Tri-
atium. Verùm cum Cæſarea Majeſtas nullum, præter
am, recognoſcat ſuperiorem, & prout jam dictum,
pter fruendam Hungariæ partem penſio ſaltim illa re-
tur, Bodinus etiam Germanorum laudis *juxta Lather.*
de cenſ. c. 1. n. 11. p. 6. præco ſit parciſſimus, meritò o-
onem ejus, tanquam ſuſpectam, rejicimus, præprimis
Salom. Schweiger / *lib. 2. cap. 5.* der neuen Reiſe Be-
eibung aus Teutſchland nach Conſtantinopel/ in ean-
nobiscum abeat opinionem, & referat, hanc pen-
em Sultano Turcico non in ſervitutis auctoramen-
, ſed pacis fruendæ gratiâ ab Imperatore Romano
i.

§. IX. Modi tributa exigendi ſunt varii, ex omni-
autem alii liciti, alii illiciti. Cum illicitis nulla im-
entarium nobis res eſt, ſed de licitis in genere notan-
, quod non ultra modum & quantitatem bonorum
exigenda, id quod patet *ex l. modios 9. C. de ſuſceptor. l.*
nus 9. in pr. C. de Defenſ. Civ. Nov. 128. cap. 15. quâ ratione
tores etiam modum exigendi, qui patet *ex l. qui 2. C. de*
erar. it. ex Nov. 128. c. 1. minus obſervantes ſuas incur-
pœnas *juxta textus ſuprà alleg. & l. quoties. 3. C. de Ex.*
Trib. & quamvis dentur contra Exactatores remedia
a, tantum tamen roboris afferunt tributa immodica
m, ut ad evertendas Resp. invitent ſæpius ſubditos,
: huc pro illuſtranda re egregium illud Belgarum
exem-

exemplum. Etenim cum Ferdinandus, Dux Albanus, nimia tributa ſemperque nova ipſis impoſuiſſet, & presſisſet adeò, ut odio capitali adverſus Hiſpanos accenderentur, deſperatione tandem ducti defectionem ab Hiſpanis moliebantur, quin, non moliebantur tantùm, ſed reipſa reddebant effectam, prout hac de re uberiùs videri poteſt *Thuanus lib. 51. hiſtor. pag. mih. 803. atque Bodinus l. 6. de Republica pag. mih. 1027.* Et quid quæſo Vandalos olim à Religione Chriſtiana amplectenda deterruit? Nihil ſanè, niſi immodica tributorum multitudo, eorundemque acerbitas, prout *Albertus Kranz. lib. 4. Wand. cap. 24. & ſeqq.* ſatis conteſtatur. Quô in paſſu ſi B. L. plura deſiderat exempla, videat *Lather. lib. 1. de cenſ. cap. 22.* Novit hoc, & probè novit Jacobus I. Angliæ Rex laude dignisſimus. Quapropter *lib. 2. Inſtit. ad Henricum Filium primogenitum pag. 104.* Ante alia, inquit, noli te locupletari nova & gravia populo imponendo tributa. Quô ipſo nihil ſibi volebat, niſi ut dehortaretur filium, ne præter extremam neceſſitatem exſugeret ex populo tributa, ſed hâc ratione omnes ſeditionum vias præcluderet.

CAP. IV.

De

Collectis & Cataſtro.

§. I.

IN ſuperiori capite differentiam, (ſi res accuratè conſideretur) eſſe inter collectas & tributa, quamvis in communi loquendi uſu non obſervetur, largitus ſum. Quapropter etiam conſultum duxi, præmiſſo capiti de tributis ſpeciale quoque de collectis annectere.

§. II. Collecta, quia à plurimis colligitur, à colligen-

ndo dicitur, aliâque voce appellatur ſymbolum, à
:o *συμβάλλω*, quod eſt confero.

§. III. Definiri collectæ poſſunt eôdem ferè mo-
quô tributa, quod ſint reditus publicus, extraordina-
qui Principi propter res, in Reipublicæ utilitatem,
perioritatis recognitionem penditur. Dico, quod
editus extraordinarius *per l. in honoribus. 8. §. 3. ff. de va-
v. & excuſ. mun.* Notandum tamen, quòd ſtricta hæc
i definitiò, & olim tantùm in uſu fuerint collectæ
ordinariæ, hodiè verò certis de cauſis degenerarint
lam demum in ordinarias. *Wehn. obſerv. l. 2. tit. 5. ſub*
Schazzung / §. 13. *p* 431. *Klokk. de contrib. cap. 2. n. 116.*
2. Dico ulterius propter res, *per text. in l. propter bono-
C. qui bon. ced. poſſ. & l. ult. C. quem mun. Civ. indic.* Quam-
nim obligatio principaliter in perſonam; cauſa ta-
finalis ipſa res eſt. *Bald. in l. un. C. de ſent. quæ pro eo,
nter. prof. n. 33.* Dico tandem, quod in Reipublicæ u-
tem, quod per ſe patet, & recognitionem ſuperiori-
pendatur. & probo *ex Matthæo Stephani. lib. 2. de Jdi-
p. 1. cap. 7. n. 452. & mult. ſeq.*

§. IV. Dividuntur collectæ, juxta hodiernum ſtatum
perii formam, in univerſales, & ſpeciales; quæ rur-
nt vel Circulares, Creyßſteuren / vel provinciales,
ſteuren. Imperiales, (quæ etiam aliàs dicuntur ge-
es, ideò quia nemo ab iisdem exemptus eſt, neque
nitas ex plenitudine poteſtatis ab Imperatore fieri
) ſunt, prout *Speid. in Spec. var. obſerv. ſub voce* Reichs
ſ. p. m. 1055. eas deſcribit: quæ ab Imperatore *l. 4. C. de
trib. l. 3. §. illud. C. de can. larg. Tit. l. 1. C de ſuperindict. &
r. 8. C. de Excuſ. mun.* ex placitis Imperii, & ſtatuum
tate atque conſenſu *per* R. A. *de Anno* 1594. §. Wie
nun Churf. *ic.* R. A. *de Anno* 1598. §. Dabey den auch
C it. R.

it. R. A. *de Anno* 1603. §. Nichts deſto weniger aber zubeför-der Handhab und Rettung deß allgemeinen Nuzzens. neceſſitate poſtulante, & ob publicam tranquillitatem, pacem & utilitatem in Imperio conſervandam, ſtatibus cum hac diſcretione indicitur, Das Sie ſolche Steuren von Ihren Unterthanen colligiren / oder einfordern / folgends an gewiſſe Legſtätte verſchoffen / doch über die / in matricula Imperii jedem aſſignirte ſumm nichts exigiren, oder in Ihren eigenen Nuzzen verwenden ſollen. R. A. *de Anno* 1547. 1548. 1557. *&* 1566. Speciales quid ſint ex ſubſequentibus patebit. Circularis verò eſt, quàm Imperii circuli in ſui utilitatem erogant. Conveniunt autem circuli vel omnes, & dicuntur collectæ univerſales, vel certi quidam, quorum intereſt, & dicuntur particulares. *Klokk. de contrib. cap. 2. n.* 137. Provinciales verò collectæ ſunt, quas pro utilitate territorii ſui, vigore Regalium, ſtatus Imperii omnibus ſubditis indicunt. *Wehn. obſerv. Pr. lit. L. ſub voce* Landſteuer.

§. V. Differunt itaque Imperiales & reliquæ duplici modô. 1. quoad Auctoritatem 2. quoad Effectum. Primum quod attinet, Imperiales collectæ à Cæſarea Majeſtate, ſtatibus conſentientibus, indicuntur, & à ſubditis ſuis ſtatus ejusmodi collectas, non jure proprio aut vigore Regalium, imponunt, ſed eſt ſubcollectatio quædam, quam exequuntur. Provinciales contrà cuivis Principi, vigore Regalium, pro fructibus Jurisdictionis *Ægid. Thom. de collect. cap. 4. n. 19.* ad pacem & quietem obveniunt. Differunt 2. etiam quoad effectum, Imperialium enim effectus eſt, ut in utilitatem univerſi Imperii Romani impendi debeant, & tàm belli, quàm pacis tempore exigi poſſint, *vid. Wehn. obſerv. Pr. p.* 420. Non verò Provincialium, ſiquidem hæ non in uſum Imperii, ſed certæ Provinciæ convertuntur.

§. VI

§. VI. Cauſæ autem propter quas imponuntur
llectæ, ſunt variæ, earumque aliquot recenſet *Klokk. de*
trib. c.1. n. 214. v. gr. 1. ad reſiſtendum Chriſtiani nomi-
·hoſti, germ. Türckenhülffe / quam proh! hodie ſatis
perimur. 2. Ad recuperandas avulſas ab Imperio Pro-
icias, germ. Römerzüge / 3. Ad conſervandum Imperii
gimen, quam Maximilianus I. Imperator in Com. Au-
t. Anno 1500. inſtituit, hodiè verò in deſuetudinem
it, germ. zum Reichs-Regiments-Rath / quò referri
ſunt: Hülffe gegen den Franzoſen / Anno 1508. item
euer / wieder die Venetianer, & quæ ſunt plures, quas
enſet *Klokk. d. l.*

§. VII. Quibus præmiſſis meritò hic quæritur:
undùm quam proportionem imponendæ ſint collectæ?
Reſp. ſecundùm proportionem Geometricam, non
thmeticam, ita ſcilicet, ut ex eo, qui multis pollet
tiis, aliquando pro re exigente majores hauriantur
ectæ, præ eo, qui pauperie laborat, &, quod durô ſuo
comparat ſudore, panibus emendis impendere tene-
id quod etiam obtinet in tributis.

§. IIX. Objiciuntur, hic equidem non pauca, nec
via, quæ tamen hanc in chartam conſcribere meritò
rſedemus, & ipſi reſervamus conflictui.

§. IX. Quæritur hic quid de eo caſu ſit ſentien-
: Habet e. g. aliquis in duobus diverſis territoriis bo-
n uno ex his imponuntur collectæ, quæritur: an de
etiam bonis, quæ in altero territorio ſita ſunt, tenea-
Domino imponenti collectas præſtare? Ratio dubi-
i eſt, quod de omnibus aliquis bonis fundere colle-
eneatur, id quod ſuprà expoſitum. Sed Reſp. quod.
Ratio habetur *in l. extra. 20. ff. de Juriſdict.* Cum e,
poteſtas imponendi collectas ex Juriſdictione fluat,

Digitized by Google

ea non magis, quam Juſdicentis poteſtas extendere ſe poteſt, id quod latè deducit *Erneſt. Cothm. Vol. I. Conſ. 11. n. 38. & aliquot ſeq. Klokk. cap. 11. à num. 1. usque 37. de contrib.*

§. X. Pergo hâc vice, & cum ſuprà defenderim, nulla tributa, nullasque collectas licitas eſſe & conceſſas, niſi propter unicum neceſſariæ utilitatis finem, quæſt. hic propono: An pro elocanda filia collectas poſſit imponere Princeps ſubditis? Quâ in quæſtione varii varias fovent opiniones. *Klokk. d. l.* propter jam allatam rationem, in negativam fertur ſententiam, cujus etiam veſtigia plures, & ii non levis momenti Viri legunt; à negantibus tamen omnibus deficiunt multi, qui affirmativam amplectuntur opinionem. Hi quidem inficias ire non poſſunt, privatum potius his collectis, quam publicum promoveri commodum; cum matrimonii tamen favor ſit maximus *l. 1. ff. ſol. matrim.* præprimis, ſi conſuetudo, quæ, ut patet ex *l. diuturna. 33. ff. de LL. & aliis.* pro l. habetur, hoc introduxerit, licitè poſſe pro elocanda filia collectari ſubditos, conſtanter aſſerunt, ea tamen ſub limitatione, ut ad ejusmodi collectas non ſtatim, neceſſitate non efflagitante, prorumpatur, ſed excutiatur prius proprium Principis marſupium, & hôc evacuatô deveniatur tandem ad collectas extraordinarias, prout hâc in opinione hærent *Warem. ab* Erenberg / *de Reg. ſubſidiis. Conr. ab* Einſiedel / *de Regal. cap. 3. n. 269. p. 724.* & alii.

§. XI. Jam cum conſideraverimus hactenus collectas poſitivè, conſequens eſt, ut & negativè eas contemplemur.

§. XII. Et primo hanc proponimus quæſtionem: An ſubditis à collectis poſſit concedi immunitas? Et ut paucis nos expediamus, Reſp. affirmandô, ita tamen, ut diſtinguatur inter caſus maximè neceſſarios, & minus tales.

Quam-

namvis enim pro qua ſententia ſemper pugnavim9, nul·
collectæ juſto exigantur titulô, niſi hoc fiat efflagitan-
neceſſitate, nihilo tamen minus inficias ire nemo pot-
, neceſſitatem ſuos etiam admittere gradus, & aliquid
ô tempore magis neceſſarium eſſe poſſe, quam præſen-
Quod verò diſtinctionem attinet, poſteriori quidem
ſu immunitatem quibusdam concedi poſſe, plerique
itrantur, priori verò minimè, ita quidem, ut hôc caſu
que Clerici, neque Forenſes, neque, quod maximum,
vilegiati queant eſſe immunes, ſed unusquisque ſuum
lere ſymbolum teneatur. *teſt. Lather. de cenſ. tit.* 1. *cap.* 2.
n. 13. *Ægid. Thomat. de collectis pag. mihi* 58. *Heig. part.* 1. *ll-*
r. quæſt. 17. *n.* 30. *& ſeq. Arnis. de Exemt. Cleric. cap.* 4. *n.* 10.
1. Et hoc ipſum totius Germaniæ conſuetudine eſſe in-
ductum teſtatur *Mynſ. cent.* 4. *obſerv.* 70. *n.* 6. *& alii.*

§. XIII. Poſtea quam verò in præced. §. conceſſe-
, poſteriori caſu, & neceſſitate extremè non urgente,
cedi quibusdam immunitatem poſſe, haut abs re fue-
ſi ſub accurratioris contemplationis incudem perſo-
iſtas vocaverim. Et primum quidem locum obtinent
ſonæ inopes. *per l. Cura.* 4. *§. majores. de mun. & honor.*
urali enim Juri conveniens eſſe autumo, quod, quid
paupertatem impoſſibile alicui eſt, is ejus rei gratiâ
moleſtari nec urgeri debeat. Si verò quæris, qui pau-
es & inopes hoc in paſſu ſint habendi, Reſp. Eos eſſe,
ous, quamvis poſſideant bona, præter alimenta tamen
l ſupereſt. Humanitatis enim Valentinus & Marcia-
eſſe arbitrantur *in l.* 12. *§.* 2. *C. de SS. Eccleſ.* egenis pro-
ere, & dare operam, ut pauperibus alimenta non de-
An verò pauper quis ſit, id Judicis arbitrio definien-
relinquitur, qui perſonarum ſtatu, dignitate, & aliis
umſtantiis conſideratis id cognoſcit. *Speckhan. Cent.* 1.

 q. 38.

Digitized by Google

9 38. *Treutlerus p. 1. diſput. 3. theſ. 10. lit. C.* Diſtinguendum tamen hic eſſe puto inter paupertatem, propriis vitiis & ſpontaneô luxu contractam, & inter paupertatem caſu, quem nemo humanis viribus proſpicere potuit, fortuitò ſupervenientem. Poſterior excuſat, prior nequaquam.

§. XIV. Quæritur hic ulterius, an pauper olim, pinguiori fortuna ſuccedente, privilegio immunitatis adhuc gaudere poſſit? Et Reſp. quod non, quia ſecundùm commune Philoſophorum Axioma, ceſſante cauſa ceſſat & Effectus.

§. XV. Deinde à collectis immunes ſunt Patres 12. liberorum. *l. ſi quis. 24. C. de Decurion.* quæ lex quamvis loquatur de Decurionibus, attamen ad quosvis alios hoc privilegium eſſe protrahendum, probat *Klokk.* ex variis Auctoribus *de contrib. cap. 13. ſect. 3. n. 82.* nec obſtat *l. neque. 5. C. de muner. patrim. & l. 2. §. numerus. & §. qua Patrimonium ff. de Excuſat. munerum.* ſiquidem illos textus loqui de pauciori liberorũ numero probat Idem *d. l.* nec intereſt moriantur liberi, an vivant, emancipentur filii, aut nubant filiæ *Ripa in l. ex facto. num. 19. ff. de Vulg. & pupillari ſubſtitut.*

§. XVI. Tertiò Clerici, Res Eccleſiaſticæ & Eccleſiæ ipſæ, *l. 2. § itaque. 2. & Authent. it. nulla. C. de Epiſc. & Clericis.* Quod quidem ita ſtrictè obſervari volunt Legislatores, ut qui vexaverit oneribus his Eccleſias, Sacrilegii reum judicent, id quod varia hinc inde loca probant, nominatim verò *l. placet. in fin. C. de SS. Eccleſ.*

§. XVII. Quæritur circa immunitatem Eccleſiaſticam, an ea bona, quæ titulo emtionis, vel aliô quocunque legitimô ad Eccleſias tranſeunt, immunitate gaudeant? Et Reſp. quod, quamvis Eccleſiarum favor ſit maximus, talis tamen non eſſe queat, qui præjudicium afferre aliis poſſit. *Dom. Arum. lib. 2. Decis. 6. n. 26.* ideòque, præ-

primis

Digitized by Google

mis cum quælibet res cum ſuo tranſeat onere *per l. Alitio. 67. ff. de contrab. emt.* in negativam deſcendo opiniem.

§. XIIX. Omnes etiam res, quæ ſpeciali gaudent vilegio, immunes ſunt. *l. ſunt. 11. ff de vacat. muner.*

§. XIX. Excipiuntur quoque Nobiles, Vaſalli, & vitates Hanſeaticæ. Quod quomodo procedat, brevis gratia B. L. remitto ad *Klokk. de contrib. cap. 14. per tot.*

§. XX. Ultimâ vice hic quæro: Ad quemnam imnitatis incommoda redundent; ad principem, an verò ditos reliquos? Et Reſp. quod certum aliquid determie hic vix liceat, ſiquidem diverſis in locis diverſum d introduxiſſe conſuetudinem, experientia teſtis eſt. icum hoc ſaltim annecto, quod immunitates hujusdi concedantur vel à ſolo Principe, vel reliquis ſimul iſentientibus ſubditis. Priori caſu, cum quilibet, i ir & Princeps, renuntiare Juri ſuo poſſit. *l. pen. C. de is.* non eſſe dubium reor, quin Princeps hôc ipſô Prigiati in ſe ſuſcipiat onus. Poſteriori verò, & conſentib9 ex prægnanti ratione ſubditis, illi in ſeſe onus iſtud vant

§. XXI. Præſenti equidem capiti variæ adhuc triorum & collectarum ſpecies inſeri commodè poſſent, im cum tàm variæ, tamque multiplices eæ ſint, & in Provincia aliud quid obtineat, quàm in illa, veniantq; ſu potiùs, quàm Eruditorum ſcriptis addiſcendæ, non to, quin ſi ſilentio eas involverim. Viri longô uſu hac conſummati facilem mihi conceſſuri ſint veniam.

§. XXII. Notanda hic tandem venit quæſtio, quâ monetâ ſolvendæ ſint collectæ? Et Reſp. quod hoc debeat monetâ currente, & ſecundùm valorem præſen-

Digitized by Google

ſentem, publico conſenſu munitum, ut probat poſt alios *Nicol. Betſius de pact. famil. cap. ult. fol.* 733.

§. XXIII. Jam ad alterum cap. hujus membrum memet accingo. Cataſtrum, quod aliis etiam nominibus: Matricula, Regiſtrum, liber Cenſualis, Æſtimium, item Æſtimum, Deſcriptio, german. Saalbuch / Anlag-Steuer- oder Einlags-Regiſter / vocabulum barbarum eſt. *teſt. Alciat. reg. 1. præſ. 10. & in l. in ſuis. de liber. & poſth.* & definiri poteſt, quod ſit liber, cui per peræquatores nomina poſſidentium, poſſeſſionum, & quô quælibet onere gravata ſit memoriæ cauſa, & ut cujusque bona & facultates cognoſcantur, inſeritur.

§. XXIV. Generis locò poſui librum, differentiam ſpecificam deſumſi ab objecto, circa quod cataſtrum verſatur, finis eſt duplex, & memoriæ tenacitas, & cognitio facultatum cenſitorum.

§. XXV. Circa cataſtra a. notandum, quod vel confecta illa ſint, vel non confecta. Poſteriori caſu ſciendum. 1. quod ille ſaltim conficere poſſit, qui habet Jus ſuperioritatis. 2. not. quod ſi conficiendum ſit cataſtrum, omnes poſſeſſores legitimè per edictum publicum, aut campanæ pulſum ſint convocandi. *Franciſ. de Claperiis in cent. deciſ. fiſcal. cauſ.* 27. *q.* 1. *& c.* 36. *q.* 1. *per tot.* 3. Quod quilibet omnia ſua bona ſignificare legitimè debet. *Franciſcus de Claper. de deciſ. c.* 36. *q.* 2. ut uniuscujusque vires intelligantur R. A. *de Anno* 1495. *ſub* Rubr. von Einnahm oder Auslegung. 4. Notandus conficiendi cataſtra modus, qui nervosè exprimitur in *l. Forma.* 4. *pr. ff. de cenſ.* eâdemque cavetur, 1. ut cujusque fundi nomen in cataſtrum referatur. 2. In qua Civitate, quoque pago ſitus ſit. 3. Quos duos vicinos proximos habeat, 4. ſi arvum ſit, & inter proximos 10. annos ſatum fuerit, quot jugerum ſit, Wie

viel

er Scheffel halte / 5. quot vites habeat vinea , 6. Oli-
am quot jugerum ſit, quot habeat arbores, 5. Bona ſe-
dum valorem præſentem, non præteritum inſerenda
: cataſtro. Priori caſu, & ſi confectum cataſtrum,
1. quod qui cataſtro ſe ſuaque bona inſeri paſſus fuit,
ſi obligatus ſit & realiter & perſonaliter. *l. 4. C. de Agri-*
Socin. conſ. 142. n. 1. vol. 1. 2. Quod cataſtra regulari-
ion probent. *Maſcard. de probat. concluſ. 273.* quæ tamen
ila nonnullas patitur exceptiones. Et 1. quidem quod
probandi habeant inter perſonas in uno cataſtro com
enſas. 2. Qui pro ſe allegat cataſtrum, debet etiam
contra ſe allegato *l. 1. C. de Confeß. l. precum. C. de libe-*
auſa. 3. Plenè probant in puncto collectarum. *We-*
conſ. 345. n. 51. vol. 7. 4. Cataſtra antiquitate donata
ı vim probandi habent. *Ruland. de commiß. part. 2. lib.*
num. 12. & ſeqq. fol. 156. 5. Probat cataſtrum plenè,
do producitur cum ſolutione. *Maſcard de prob. concl.*
. 4. *& ſeqq.* Et quæ ſunt limitationes regulæ ſuperio-
ures. Priores tamen omnes locum ſaltim habent,
do agitur inter ſubditos ejusdem territorii. *Maſc. d.*
273. *n. 17.* 3. not. Quod quando cataſtro quis inſer-
indicta collecta ſemel fuerit, non debeat pro iisdem
niſi renovatò cataſtrò, gravior imponi collecta. *Sylv.*
). vol. 1. n. 21.

i. XXVI. Cum verò non rarò eveniat, ut mutan-
: cataſtra, ſciendum quod formetur illud vel in to-
el ex parte. In totum, ſi falſum inveniatur, vel ad
iam unius. *Weſemb. 103. n. 15. & 205. n. 32.* quæ fal-
variis fluere poteſt principiis. Ex parte mutatur,
o bona unius ex errore alteri ſunt adſcripta. Non
ſt ferendum, ut alter pro altero conveniatur, & al-
matur duriùs, quam alius. *l. pen. C. de ann. & trib. j. l.*

fundos, 10. *C. de fund. patrim.* 2. Quando collectæ inter perſonas quasdam non ſunt æqualiter diſtributæ. *l.* 1. 2. 3. 4. *& paſſim C. de Agric. & cenſit.* 3. Si fraus in æſtimandis quorundam bonis fuerit adhibita. 4. Si chaſmate, aut aliis tempeſtatibus res & fructus perierint *l. forma* 4. *§. 1. verb. quare. ff. de cenſ. it.* R. A. *de Anno* 1582. §. zum erſten welcher / 5. Si auxerit quis, alter detraxerit patrimonio ſuo quid, item cataſtrum ex parte mutandum, ita ut hic ſublevetur pro rata, ille oneretur. *l. ſi Divina. C. de Exact.* Et quis omnes ſubinde paſſim occurrentes caſus tantæ includat anguſtiæ?

CAP. V.

De

Capitationibus.

§. I.

Acturo mihi hoc in cap. de capitationibus incumbere non videtur multis verborum ambagibus vocabuli originem deducere, ſiquidem unicuique obvium eſt, à capite illud deſcendere, ac denotare idem, quod collecta à capitibus, id eſt, hominibus, vel brutis, per ſynecdochen partis integralis pro toto, præſtita.

§. II. Capitatio hæc aliis nominibus dicitur functio capitularia. *C. Theod. l.* 14. *de Extraord. vel ſord. muner.* Tributum capitis *l. ætatem.* 3. *ff. de cenſ.* Cenſus capitis. *l. ult. §. qui annon. ff. de muner. & honor.* Et capitationis illius Exactores capitularii, & Cephaleotæ dicti ſunt. *l.* 2. *C. de Priv. eorum, qui in Sac. pal. mil.*

§. III. Hic pedem verò figendum, & prius, quam ad alia transgrediar, diſpiciendum arbitror, an juſta & æqua ſit capitatio? Ad quod Reſp. breviter, diſtinguendo,

aut

t enim in imponendo obſervatur proportio Arithmeti-
aut Geometrica. Poſteriorem caſum quod attinet, nul-
n eſt dubium, quin, ſi Reipubl. utilitas, & imminens ne-
ſitas flagitet, ſit juſtiſſima. Priori verò caſu Auctores
ſimile quid ſtatuere videntur, & inter alios quidem Il-
tris ac Generoſus Dominus Veit Ludewig von Seckken-
ff / in Teutſchen Fürſtenſtaat / *part. 3. c. 3. §.* In ob er-
lten ꝛc. Quem §. cum mirè faciat ad meum propoſitum,
ximâ ex parte tranſcribendum arbitror: In oberzähle-
Nothfällen ſind auch wohl ehe Kopffſteuren / oder ein
iß Geld jedem Haupt zuerlegen angeſezzet worden /
wohl ſolche Capitation oder Kopf-Steuren keinen
und in der Billigkeit dergeſtalt haben / daß nemblich ei-
wie der andere / und alſo der Arme ſo viel als der Reiche
en ſolle / wenn aber gewiſſe Claſſes der Vermögenden /
Unvermögenden gemacht / oder gar ein weniges zur
ital-Steuer angeſezzet / oder aber auch die Häupter
rt gezählet / und Ihnen eine gewiſſe Anlage zugeeignet /
gleichwohl nach dem Vermögen nachmahls austhei-
getroffen wird / wie denn ſolche und der gleichen
ſtände / bey der Reichs-Steuer / der gemeine Pfennig
nnt / hiebevor in acht genommen worden / ſo hat man
eſſen zumahl in vorfallenden Nöthen / die öffters keine
e Betrachtung und Austheilung leiden wollen / ſo hoch
zubeſchweren. Hæc ille: Ex quibus jubare meridionô
ùs apparet, duos *Illum* caſus, in quibus proportionem
n Arithmeticam obſervare liceat, ponere. Quorum
us, ſi modica ſit capitatio, alter ſi ſontica poſtulet
neceſſitas. Quô in accuratiſſimo tanti Viri Judicio
rò nos acquieſcimus. Et quamvis ſint, qui *ex l. un.
Cap. Civ. in cenſ. eximend. & l. in Lyſitania. 8. §. 7. ff. de cenſ.*
ere volunt, capitationem hodiè prorſus eſſe ſubla-

Digitized by Google

tam, textus tamen iſti cum de exemptione partim Civium Romanorum, partim verò de Cæſarienſibus colonis loquantur, & præterea particularis in utraque lege ſit propoſitio, non video, quo fundamento pro negandâ omni capitatione adduci poſſint. Hinc in eam meritò deſcendimus opinionem, cui LL. non contrariantur, & conſuetudo adjicit calculum. Sed jam ad definitionem.

§. IV. Definiri autem poteſt, quod ſit reditus publicus, Extraordinarius, qui viritim in ſingula ſubditorum capita ad ſonticam Reipublicæ neceſſitatem conſtituitur.

§. V. Circa quam definitionem notandum, quod, cum capitatio munus ſit Extraordinarium, eodem ſubditi, ſublatâ neceſſitate, cui impendi debet, onerandi amplius non ſint. Objicis: Experientiam teſtari, quod Imperatori Turcico familiaris nimiùm ſit, & uſitata, capitatio perpetua, & proinde nomen muneris, non Extraordinarii, ſed ordinarii, mereatur. R. I. Quod in odium Chriſtianorum hoc apud Turcas ita procedat. 2. Loquor hâc vice non de eo, quod inter Turcas, ſed quod inter Chriſtianos, obtinet, à Turcis verò ad Chriſtianos argumentatari quis audebit? Forma deinde capitationum in his conſiſtit verbis: Viritim in ſingula ſubditorum capita; ubi ſciendum, quòd capitatio hæc non humana ſolùm ſit, verùm etiam animalium, brutorum ſcil. & quæ quis poſſidet, irrationabilium. Humanam quod attinet, non ſolùm homines olim liberi hanc præſtabant capitationem, ſed etiam ſervi. *Teſt. Caſ. lib.3. de bell. Civ.* Sicut & hodiè, ſi neceſſitas urgeat, ſervi & ancillæ, (quamvis eorum hodiernus ſtatus ab antiquô multis differat paraſangis) ex Capitationis onere non dimittuntur. *Klokk. de contrib. c.17. n.165. & 166. p.m.377.* Hæc tamen capitatio non omnes olim tetigit

Imp.

Rom. ſubditos, ſed ruſticos ſaltim. *teſt. Speid. in Spec. obſerv. ſub vocabulo,* Hauptgeld. §. 8. *p. m. 574.* & alios, s vide *d. l.* & notandum ulteriùs, quod non ſolùm Jus ile, nominatim *l. ætatem. 3. pr. ff. de Cenſ.* verùm etiam R. u Augſpurg / de Anno 1518. §. und nehmlich dieſer. diuerint ſpeciale quid in capitationibus, & Jus Civile lem, quod illi, qui maſculi, annum 14. & quæ ſemel-. nondum impleverunt, illique, qui exceſſerunt jam um 65. debeant eſſe à capitationibus immunes. A qua oſitione non multum *alleg. jam* R. A. recedit, ille enim Daß alle Menſchen / ſo zum H. Sacrament gehen/ Jahr lang zum Türcken Zuge / jedes Jahr den zehen-Theil eines R. güldens erlegen müſſen / id quod & apud hodiè obſervari nonnunquam experientia teſtis eſt. nalium autem capitationem quod attinet, non omnia apitationem trahuntur, ſed illa ſaltim, quibus agrum colere, & exercere ſolent Agricolæ. *per l. 1. C. Theod. pon. Lucrativ.* Finis capitationis eſt ſontica Reip. ſſitas, ſi hoſtis v. g. prorumpat, noſtros devaſtandi fi-ratiâ, eò præprimis tempore, quo fiſcus, vel ærarium à laborat, nulliſque indutum eſt viribus.

§. VI. Hôc loco ſilentio non prætereundum, Romani olim præter ærarii augmentationem & molumenti ex capitatione hauſerint, ut numerum n, qui arma ferre poſſent, ea oſtenderit, & pecu-m magnitudinem, bellorum ſuſtinentem ſumtus, in-erint. *teſt. Bod. lib. 6. de Rep. cap. 6. & Sigon. lib. 1. Ant. ap. 14.*

VII. Si tandem de quantitate capitationum quæ-antam ſcil. ſummam caput quodlibet ſolvere de-R. Diſtinguenda eſſe tempora, & omnes probè

 obſer-

Digitized by Google

obſervandas circumſtantias, quô facto quemcunque directam afferre poſſe reſponſionem non dubito.

CAP. VI.

De
Vectigalibus.

§. I.

ORiginem ſuam vox vectigal debet Latinis, & derivatur à verbo veho, ideoque vocatur Vectigal, quia prætervehentes ſolvere iſthoc tenentur. Vocabulum hoc, ut alia Latinis plurima, adjectivum eſt, ſubſtantivè tamen uſurpatum, ſubintellecta voce æs, quaſi dicas, æs quod à prætervehentibus ſolvitur.

§. II. Significatio vocabuli hujus duplex eſt; lata alia, alia verò ſtricta, latam quod attinet, omnes portuum, rerum venalium, aliosque reditus denotat. *l. inter publicas. 17, §. 1. ff. de V. S. & l. Sed &c. 13. ff. de publican. Sixtin. cap. 6. de Regal. n.* 3. Hinc apud probatisſimos ſæpè Auctores reperitur phraſis: ager vectigali, quæ idem denotat, ac ſi dictum fuiſſet, ager, de quo ſolvenda penſio quædam. Quod verò ad ſtrictam ſignificationem ſpectat, denotat ipſa, ut ſuprà paucis delibavi, æs tantum illud, quod pro vectis in itinere mercibꝰ ſolvitur, id quod evincit *l. Univerſi 5. C. de vectig.*

§. III. Vocatur aliis nominibus Vectigal 1. Telonium, per metonymiam ſigni pro ſignato, quia ubi vectigalia exſolvenda ſunt, erectis telonibus appendentur tabulæ, nomen & inſignia picta gerentes, illius, qui vectigal poſtulat. It. 2. Portorium, à portu, quod tamen vocabulum, ſi accuratè loqui velis, aquatica potiùs, quam terreſtria ve-

ctiga-

ſalia denotat, promiſcuè tamen hodie uſurpatur *l. 3. C. vectig. l. cum in. 60. §. penult. ff. locati.* 3. Gabella, quæ vox ...gine quidem Italica eſt. *Calep. in Lex. ſub voce vectigal.* ...tris tamen temporibus ita implantata, ut extra omne ...ium habeatur pro vernacula. 4. nonnullis pedagium, ...d tamen differt à vectigali, tanquam genus & ſpe- ..., ita ut vectigal genus conſtituat, pedagium verò ...ciem. Hoc pedagium Juri Civili prorſus incogni- ... *Sixtin. de Reg. cap. 6. n. 23.* & Jure Can. poſteriorum ...porum conſuetudine introductum. *Sixtin. d. l. c. innova- X. de Cenſ. Exact. & Proc. c. ſuper quibusdam §. prater- ... de V. S c. quanquam de cenſ. in 6. c. 23. cauſ. 24. qu. 3.* & ...vectigali, quod pro mercium transvectione penditur, ...ciunt, atque deſcribunt, quod ſolvatur à tranſeuntibus ...pedes, aut quolibet Trigarum aut quadrigarum ge-..., in locis à Principe conſtitutis.

§. IV. Definitur vectigal, quod ſit reditus publi-... quò certa pecuniæ, aut alterius rei quantitas, à trans-...ntibus aliquid, vel transeuntib9, conſtituto loco, pro ...uni comodo dependitur. Generis locô poſui vocabu-... reditus. Differentiâ ſpecificâ deſumſi à ſubjecto, dixiq; ...cum eſſe reditum, ideò ſcil. quia nemo ab ej9 penſio-... immunis, ſed propter omnes res ſolvendum vecti-... quod tamen infrà limitabitur & deducetur ulterius. ...eſt commodum, & illud quidem commune. Cum ...commune dici nihil poſſit, niſi certo, eòque diverſo ...aliquas reſpectu, ideò vi vocis ſequitur, certas eſſe ...arum reſpectu commune hoc comodum dicatur. ...quidem ſunt triplices. 1. Fiſcus. 2. Civitas. 3. Ve-...ex ſolvens. Fiſcum quod attinet; ex antiquitate ...t, quod vectigalia in tres diviſa partes fuerint, qua-...uas Fiſcus, tertiam vero Civitates; ille in commo-

dum

Digitized by Google

dum partim proprium, partim pro ſecuritate præſtanda, hæ ad refectiones viarum, pontium, murorum, & aliorum ædificiorum publicorum, acceperunt. *l. fin. C. de Vectigal. l. ne ſplendidiſſima. 11. C. de oper. publ. l. reſtaurationi. 3. C. de diverſ. præd.* Quod verò ad vectigal exſolventem ſpectat, non minus quam reliqui ex ſolutione ſuum perſentit commodum, quod quidem in eo ſitum eſt, ut ſecuritatem, frey / ſicher Geleite / per ſuum territorium præſtare ipſi Principes teneantur. *l. 1. §. 1. ff de his, qui dejec.* Addidi porrò in Definitione, quod ſit reditus publicus, quô certa pecuniæ, aut alterius rei quantitas à transvehentibus ſolvitur. Quibus verbis ſubinnui, conſiſtere & in ſpeciei & in pecuniæ penſitatione vectigalia. Prius olim in uſu fuiſſe probat *l. ult. §. ſpecies. ff. de Public. & l. 8. C. eod.* quia tamen hodierna conſuetudo introduxit, ut pecunia pendatur, producere ad eandem quoque definitionem noſtram voluimus. Ubi notandum, quod hodiernus exſolvendi vectigalia mos multò commodior ſit antiquô. Primò enim facillimè olim fieri potuit, ut corruptio ejus, de quo ſolvebatur vectigal, ſubſecuta fuerit. 2. Emtorem pecunia non offendit, cum contrà offenderit olim corruptio mercis maximè. *Vid. Conr. ab* Einſiedel / *de Regalib. cap. 3. n. 22. p. m. 505. & arg. l. in ſumma. 2. & 29. in fin. ff. de. aqv. pluv. arcend.*

§. V. Definitionem excipit diviſio, & dividuntur Vectigalia in terreſtria, & aquatica, interque priora & ripatica numero, de ſingulis ſuo loco.

§. VI. Auctor olim vectigalium *teſt. Suet. in vit. C. J. Cæſar. p. m. 51. n. 43.* fuit ipſe Cæſar, & niſi Imperator, nemo vectigalia inſtituere potuit. *Arniſ. cap. 7. de Reg. num. 6.* quæ tamen poteſtas reſtricta quadantenus hodie eſt, ita, ut absque unanimi Electorum conſenſu neque novum vectigal

al erigere, neque antiquum augere, neque inferiori cedere talia Imperator poſſit, per ea, quæ expreſsè entur *in capit. Car. V.* ubi hæc Imperator promittit: :r ſollen und wollen auch in ſonderheit/ die weil Teutſche ion und das H. R. Reich/ zu Waſſer und Landen zum ſten vor damit beſchweret / nun hinfüro keinen Zoll neuen geben / noch einigen alten erhöhern / ohne he- ern Rath / Wiſſen und Willen der beſagten ſechs rf. *it.* in R. A. *de Anno* 1576. §. Weiters ſind Wier. *&* erohalben. Ex quo utique fluit, quod ad hujus inſti- onem requiratur cauſa gravis publicæ, vel neceſſitatis, itilitatis. *Tacit. Annal. l. 13. n. 50. & Hiſt. 4. n. 74.* Si verò inſtituat ſine tali conſenſu vectigal, incurrit pœ- L. Jul. de Ambitu, & L. Jul. de vi publ. *l. un. §. 3. ff. ad L. ambitus. & l. ult. ff. ad L. Jul. de vi publ.* atque gravis- excipitur ſuppliciô.

§. VII. Conſideratâ igitur perſona imponente ve- ilia, conveniens eſt ordini, ut jam de quantitate im- enda nonnihil addam, ubi recurrendum ad §. hujus 4 & quid ibi dixerim, in memoriam revocandum. n ſcilicet non, ut hodiè, pecunia ſolvebatur, ſed certa lam ejus rei, quæ vehebatur, quantitas. Et eam fuiſ- tavam mercium partem probat *l. 7. C. de Vectig. l. Rom. 2. C. de Eunuchis. & Sixtin. d. l. n. 63. cum ſeqq.* & ideò fuiſſe vectigalia octavarum, & Publicanos octava- eſtatur *l. ſi cum Hermes 7. C. Locati. & l. 8. C. de vectigal.* iernum verò quod attinet morem, minus octavæ par- etiô exigi, teſtis eſt *Sixtin. d. l.* quod diverſis tamen in diverſimodè variat. Inſpicienda proin aut privile- b Imperatore dati conceſſio, aut, hôc deficiente, cu- ie loci longô tempore confirmata conſuetudo. *l. ſi canus in fin. ff. de publ. l. de quibus & ſeqq. ff. de L. L.*

 §. IIX.

§. IIX. Medium, quo promoventur vectigalia, palmarium eſt mercatura, quapropter in id incumbendum Principi, ut floreat mercatura, & magis magisque protrahatur ad vires. Hic opponunt equidem nonnulli, & mercatores pro mercibus non eſſe onerandos vectigalibus, arbitrantur, ideò quod patrimonii vires in incertis plerumque conſiſtant nominibus, ejusdemque bona multis caſibus, belli, peſtis, illuvionum, incendii, ac debitorum foro ſint obnoxiæ. Verùm cum qui ſentit maximũ quæſtûs cōmodũ, ſentire debeat & incōmodũ vectigalis. *arg. l. 10. ff. de R. J.* rationes non video tanti ponderis quæ in contrariã me ſententiã detorquere poſſint, præprimis, cum ex rationibus Juris defendi talis immunitas non poſſit. *per text. expreſſ. in l. filii. 22. §. fin. ff. ad municip. l. munerum. 18. §. patrimoniorum. 18. ff. de muner. it. per l. 7. C. de Excuſ. mun. ubi gl. & l. 5. §. 8. ff. Locati.* Mercatura proin, ut jam dictum, promovenda, nundinæ univerſales, & particulares, inſtituendæ, quarum occaſione cum plurimæ coëmantur merces, quæ aliò vehuntur, & propter has ſolvenda ſint vectigalia mirè augetur ærarium.

§. IX. Agens hôc locô de mercatura non poſſum, quin quæſtionem proponam: An conveniat hæc Nobilibus. Ubi remotis omnibus anfractibus. Reſpond. diſtinguendo inter mercaturam oeconomicam & καπηλευτικήν. Priori caſu utique, poſteriori verò minimè conceſſum eſſe mercaturæ exercitium Nobilibus teſtatur *Lother. de cenſ. lib. 3. cap. 13. n. 11. 12. 13.* & probat. *art. 11.* in Turnier Articuln. quod tamen ſaltim obiter.

§. X. Redeo jam ad rem ipſam, & cùm ſuprà §. 4. h. c. rationes, propter quas exſolvuntur vectigalia, produxerim, cramben bis coctam repetere nolo, ſed eò B. L. remitto.

§. XI.

§. XI. Jam de Publicanis nonnihil addendum.
antur autem iſti ab eo, quod publicô fruuntur, ſive,
d acceperunt, eidem reſtituant. *l. 1. in pr. l. quanta 12.*
n. de Publ. & Vectigal. l. cum 16. ff. de V. S. Alii ab eo
licanos derivant, quod ſint quaſi publici canes,
, quod bonis hominum inſidias ſtruxerint, & dolis
s eorum emunxerint marſupia: verûm cum alluſioni
accedat propiùs, quàm derivationi veræ, meritò ean-
mittimus. Definiri autem poſſunt, quod ſint per-
: publicæ, à Principe certo in loco conſtitutæ, ut à præ-
:hentibus ibidem accipiant vectigal. Ubi notandum,
d Publicanórum olim officium, atque ordo, Romæ &
erô amplisſimus, & perſonarum dignitate potentisſi-
fuerit. Hinc Cicero pro Planco teſtatur, quod flo-
equitum Romanorum, ornamentum Civitatis, & fir-
ıentum ordo hic in ſeſe continuerit. Deinde verò
conducerent hi Publicani plerumque à Senatu, Cæ-
usque Romanis vectigalia, fiebat, ut à Civibus Ro-
ıs, & aliis magnâ rapacitate exigerent multò plus
ı illis debebatur. *teſt. Ulp. in l. 12. ff. de publ.* eôque no-
: redderentur populo Romano inviſi, & haberentur
nonnullos infames. *Joh. Mich.* Dilherr *Tom. 1. Diſſ.*
. *Philolog. pag.* 196. *& ſeq.* Eam tamen infamiam ex-
m eſſe hodiernis temporibus arbitramur. Et Publi-
rum officium, ut ſuprà monui, in eo conſiſtit, ut ob-
nt transvehentes, vectigal accipiant, & Schedulas
anitatis, Zoll Zettul diſtribuant.

§. XII. Suprà porrò §. 4. h. c. dixi, propter omnes
luæ transvehuntur, ſolvendum eſſe vectigal. *l. omni-*
. *l. univerſi. C. de vectigal.* quod regulariter quidem
ocedit, nonnullæ tamen res immunes ſunt à vecti-
us, non per ſe quidem, ſed ratione vel perſonarum,

 vel

vel uſus. Ratione perſonarum ſunt immunes 1. Res Illuſtrium, & Generoſorum. *Wehn. obſerv. pr. ſub verbo* Zollfrey. 2. Res Eccleſiarum & Hoſpital. *tot. tit. X. de immunitat. Eccleſ. Camer. Sixtin. cap. 6. de Regal. n.* 114. quam immunitatem tranſire ad Clericos quoque, teſtatur *authent. it. nulla. C. de Epiſc. & Cler. & Wehn. d. l.* quod tamen privilegium ceſſat in caſibus comprehenſis in *l. ad inſtructionem 7. C. de oper. publ. & l. Abſit. C. à quibus muneribus nem. ſe lic. excuſ.* 3. Immunes ſunt per conſuetudinem res Nobilium *Wehn. d. l.* 4. Res exterorum Legatorum. *l. à Legatis. 8. C. de vectig. Klokk. in diſcept. de Jure Vectig. thes. 33. lit. A.* 5. Res Profeſſorum in Academiis, Doctorum, & literis ibidem operam navantium ſtudioſorum. *Trentlerus. p. 2. diſp. 18. th. 9. lit. E.* 6. Res omnium Cameræ Imperilis Cameralium. *Klokk. dict. diſcept. th. 32.* 7. Naviculariorum. *l. omnium. in fin. C. de vect.* & aliorũ plurium, de quibꝰ; hinc inde Dd. multa tradunt. Uſus gratiâ immunes ſunt à vectigalibus. 1. Res Exercitui paratæ omnes. *l. 4. §. 1. & l. 9. §. 7. ff. de Public.* 2. Res, quæ à ruſticis ruris exercendi gratiâ vehuntur. *d. l. Univerſi. C. de vectig.* 3. Olim iſtis de rebus, quas proprii uſus gratiâ quis ſibi comparaverat; ideoque de frumentis molendino allatis nullum præſtitum fuiſſe vectigal, teſtatur *d. l. Univerſi. 5. C. eod. l. ſi Publicanus. 4. §. 1. ff. de public.* Hoc ipſum verò à conſuetudine hodierna receſſiſſe teſtatur *Latherus d. l.* ex Auctoribus variis. Et ſi quæ ſunt ſimiles.

§. XIII. Quicquid verò de vectigalibus in genere hactenus dictum eſt, non multum à reliquis ſpeciebus differre, ſed idem ferè obtinere, exiſtimamus.

§. XIV. Eventus tandem vectigalium hic eſt, ut ſi quis vectigal non præſtet, res cadant in commiſſum, germ. daß das jenige / was gefahren wird / verfällt. *l. 2. l. 11. §. 4. it. l. 14. & ult. in pr. ff. de publican.*

XV. Prius tamen quam ad alia me accingam, quæ-
nem in præſenti cauſâ propono, an qui legitimè ali-
in loco vectigal poſſidet, poſſit illud aliò transferre?
t paucis me expediam, Reſp. quod non, motus ar-
ento *l. ſi cui. 9. ff. de ſervit. & argumento l. Nam ſatis. 6. ff.*
ad. ſerv. amitt.

CAP. VII.

De

Commiſſis.

§. I.

entum vectigalium poſuimus in cap. ant. Commiſ-
m, de quo igitur ut etiam quædam afferantur, rei
exio poſtulat.

II. Commiſſum autem ideò dicitur, quod mer-
chens, & eas non profitens in L. hanc committat, ac
teſtatem faciat Domino territorii, hanc legem ex-
di, *l. 14. ff. de publican.* atque, quæ vehuntur merces, ſi-
dicandi. Magnificus *Dominus D. Franzkius B. M. in*
ff. tit. de Leg. Commiſſoria. n. 2. p. m 519.

III. Definiri commiſſum poteſt, quod ſit mulcta,
cipiuntur ii, qui aut vectigal non ſolverunt, aut a-
L. peccârunt, in ſui emendationem, metum & exem-
aliorum, atque Reip. emolumentum. Differen-
pecificam deſumſi à cauſa efficiente. Finis eſt tri-
Primus, ut cautiùs impoſterum, juxta Proverbium,
ti, & vectigal deſtinatô ſolvendum locô præſtare
. Alter eſt metus & exemplum aliorum. Mira
in exemplis, pœnis præcipue, abſterrendi alios
& id non in animalibus ſolùm ratione prædi-
d aliis etiam brutis, & animantibus irratio-

 nali-

nalibus, adeò ut *Plinius lib. 8. cap. 16.* teſtetur, quod, cum olim in Africa urbes quædam à Leonibus obſeſſæ fuerint, crucibus affixerint nonnullos, & id effecerint, ut cæteri ſimilis pœnæ metu abſterriti, reliquerint urbes; & alìorſum ſeſe receperint. Quò quadrat Senecæ illud, inquientis, nemo prudens punit quod peccatum eſt, ſed ne peccetur, id eſt, nemo prudens punit alios eâ principaliter de causâ, quod ex imbecillitate humana lapſus fuerit, ſed ideò, ne alii, quos peccandi libido & prurigo terit, non lapſi humana fragilitate, impunitis exemplis accendantur, & ad multò atrociora invitentur facinora. Tertius finis eſt Reipubl. emolumentum, quibus tamen ex verbis non illud eliciendum, ac ſi ſtatueremus licere ſemper Reipubl. pro lubitu & beneplacito punire ſubditos, & hâc ratione fiſcum vel ærarium ditare, ſed, ſi dicimus: Tertium finem commiſſorum eſſe Reipubl. emolumentum, ſenſus verborum hîc eſt: ut 1. delicta non relinquantur impunita. & 2. ut, ſicuti diximus, alios pœna hæc ad tanto fideliorem vectigalium ſolutionem vocet. Aliàs enim, & ſi hoc non ità procederet, quisquis fraude circumvenire territorii Dominum, & reditus ejus viliores reddere poſſet.

§. IV. Quod attinet porrò rationes, propter quas res in miſſum lapſæ vindicari poſſunt, præcipuæ ſunt ſequentes: 1. ſi vectigal pro merce, quam quis vehit, non ſolvitur. *d. l. 8. & l. 11. §. 4. ff. de publican.* 2. ſi quis mercis apud Publicanos non facit profesſionem, in tantum, ut quamvis merx aliàs à vectigalis præſtatione immunis ſit, ad profesſionem tamen vehens compellatur. *l. interdum 16. §. quoties. 3. ff. de Public.* Cujus ratio hæc, quod, niſi tam accuratam LL. omnium mercium profesſionem inculcarent, fieri ſæpiùs poſſet, ut ſub prætextu rerum immuni-

ium, absque ulla ſolutione quis transveheret,& hic
one publicum defraudaret bonum.3.Commiſsi cauſa
ſi quis hoſtibus ferrum, aut arma, aut cotes *quibus*
ntur, vendat. *l. cotem, fin.pr. cod.* Cui 4. ſubnectæn-
& hoc, quod & tunc in commiſſum merces cadant,
es quis in commercium traxerit, qualium LL. pro-
nt ac interdicunt. *ff. l. cotem. 11. §. 2. ff. publican. d.*
r. 2. C. quæ res expor. non deb. l. cum propon. 3. C. de naut.
Tales,& ſimiles rationes plures Auctores hinc in-
ſim collegerunt, quo me brevitatis cauſa remitto.
§. V. Effectus commiſsi eſt, ut is, qui hôc vel illô
peccavit, ipſo ſtatim Jure Dominus mercium eſſe
at, & acquiratur dominium illi, cui vectigal debe-
Commiſſa.14.ff. de Publican. ita tamen, quando decla-
ia Judicis ſententia acceſsit. *l.7.C. de Jure fiſci.*
§. VI. Ultima vice hoc in cap. notandum, quod,
n commiſſum lapſa vindicetur à vectigalis Domino,
cata propriè dici non poſsit, ſiquidem eorum bona
cantur ſaltim, qui publicum aliquod, non privatum
n commiſerunt. *teſt. Jul. Clar. quæſt. 78 n.13.pag.316.*
is: Bona vacantia quoque dici confiſcari. *R.* Fieri
npropriè, & reſpectu quodam habito ad Etymolo-
vocis, confiſcare, quod quippe in fiſcum Principis
d cogere ſignificat.

CAP. VIII.

De

Confiſcationibus,

§. I.

niuntur Confiſcationes, quod ſint Jus, cujus teno-
de *Jure Communi* Dominus territorii bona eorum,
qui

Digitized by Google

qui atrocia commiſerunt crimina, fiſco ſuo arrogat, ad metum & exemplum aliorum, & ſupportandas tantò facilius expenſas, quæ fiunt in proceſſibus delinquentium.

§. II. Generis locò poſui in hac Definitione Jus, quia ſpeciali Juris conceſſione Privilegiò hôc quis utitur. Cui ſubjunxi hæc verba: cujus tenore de Jure communi Dominus Territorii: ubi notandum, quod de Jure communi hoc obtineat, non verò de conſuetudinario, de quo ulteriùs. vid. poteſt *Jul. Clar. d. q. 78. n. 143. p. 224.*

§. III. Differentiam ſpecificam deſumſi ab objecto, circa quod verſatur confiſcatio. Objectum hoc ſunt crimina atrocia, v.g. Si quis inceſtas nuptias contraxerit. *l. 6. & authent. inceſtas. C. de inc. nupt.* it. bona eorum qui mortem ſibi conſciverunt. *l. 3. ff. de bon. eor. qui ant. ſentent. tot. tit. C. eod. l. 45. §. 2. ff. de Jure Fiſci. l. 2. C. qui teſt. fac. poſſ.* ad quod tamen duo requiruntur. 1. ut non ex vitæ tædio aut aliam quamcunque ob cauſam, ſed ex ſola criminis conſcientia, & futuri ſupplicii metu aliquis mortem ſibi conſciverit. *d. l. 45. §. 2. de Jure Fiſci. d. l. 2. C. qui teſt.* Secundum eſt, ut crimen illud tale ſit, quod alias confiſcationem meruiſſet. *d. l. 3. ff. de bon. eor. qui mort. ant. ſent.* Hodie verò ſaltim ob crimen læſæ majeſtatis confiſcatio procedit. per *Capitu. Car. V. §. pen. ibi.* an etlichen Orttern / quem locum citat *Speid. in ſpec. jurar. obſerv. ſub voc. Confiſcation. §. 4. p. m. 231.* Nec intereſt, re ipſa commiſerit, aut ſaltim tentaverit. *l. 5. in pr. C. ad L. Jul. Maj.* Rationem hujus rigoris in crimine læſ. majeſt. ponit *Cic. Ep. 12. ad Brut.* ut ſcil. charitas liberorum Parentes Reip. reddat amiciores, cum propter ſe illos puniri noverint. Pro affectu enim ſuo in liberos magis Parentes terrentur. *l. 8. ff. quod met. cauſ.*

§. IV. Finis eſt duplex. Primarius: metus & terricu-

lamentum aliorum, ut abſtineant ſcilicet ab e-
iodi crimine Diabolico. Secundarius ſunt ſup-
indè tantò faciliùs impenſæ, quas abſumunt
eſſus delinquentium, *ut not. Jul. Clar. d. q. 78. n. 2.*
Ex quo quæſtio ſimul decidi poteſt, cuinam
, privato Principis patrimoniali, an verò pu-
, cujus adminiſtrator ſaltim Princeps eſt, acqui-
? Reſp. Publico, cum ex hoc omnes ſumtus ju-
indis facinoroſis impendendi depromantur.

CAP. IX.

De Aſſiſio.

§. I.

ſium, vel Acciſa, germ. Acciß deducit *Webn. obſ. pr.* à verbo Gallico Aſſiſe, quod ſignificat
ſſum, quia Publicani in ſuis teloniis ſedere
nque ſolent. Quâ tamen derivatione ſuô reli-
:ô, liceat nobis à latinis originem vocis, Acci-
:ſcere. Notisſimum quippe eſt vocabulum ac-
, ſecundâ prod. & derivatum à verbo cædo,
ue denotat, quod amputare. Hinc invenies
apud Schardium in Lex. Jurid. ex luculentiß.
nnot. ad Liv. Formulam loquendi: Res acciſæ,
, quod denotat: res debilitatæ, amputatæ.
nim propter res, quæ inferuntur in civitatem,
ı pretium ſolvere inferentes teneantur, & per
bilitentur quaſi res, haut abſurdum putamus,
quis recipiat derivationem, præprimis cum,

 ut

ut ſuprà monui, non, ut hodie, ſoluta fuerit pecunia, ſed pars quædam mercis.

§. II. Cæterùm germ. aliis etiam nominibus acciſam quoque vocare ſolent: Zoll/Umgeld. quamvis, ut infrà dicetur, inter Acciß/und Umgeld differentia quædam ſit admittenda.

§. III. Prius verò, quam ad alia transgrediar, non poſſum, quin quæram hic: An liceat etiam poſtulare acciſas? Ratio dubitandi eſt hæc, quod ſuprà in cap. de Vectig. defenderim, vectigalia pro rebus ad victum pertinentibus non eſſe poſcenda. Verùm Reſpond. diſtinguendô inter ſtatum & conditionem Reipublicæ, acciſas exigentis. Aut enim premitur inopiâ ærarium, & ſumtibus neceſſariò impendendis non ſufficit, aut non premitur, & ſufficere poteſt. Priorem quod attinet caſum, non video quid obſtet, quò minus juſtô titulô exigi poſſint acciſæ, poſteriori verò minimè. *Peregr. conſ. 2. n. 7. vol. 1. Dom. Card. Tuſcus lit. C. concl. 116.* Objicis; alia eſſe, & poſſe inveniri media, quibus laboranti Reipublicæ adferri queat adjumentum? Reſpond. 1. concedendo alia equidem eſſe media & inveniri poſſe, verùm hic quæſtionis eſt, an illa media non duriora ſint & injuſtiora his? Cui 2. & hoc accedit, quod modicæ hæ ſint acciſæ, & ſenſim, nullâ adhibitâ vehementiâ à debentibus expectantur, ita ut parum curet quis, referta ſit crumena tribus nummis, vel non referta, ſi modo certus ſit, Rempublicam ſe hac in parte juviſſe. Contra ſi alius adhibeatur corradendæ pecuniæ

modus,

dus, facilè fieri poſſet, ut incendantur animi ple-
, & ad moliendas ſeditiones incitentur. Cujus
ones plures vid. *ap. Speid. d. l. p. 15.*

§. IV. Definitionem quod attinet, definiri
ſæ poſſunt, quod ſint reditus publicus, quo ab o-
bus,in civitatem quid inferentibus, civitati, vel
cipi, certum exſolvunt pretium, in utilitatem
publicæ.

§. V. Generis loco poſui hac in definitione
um, & quidem publicum. Differentiam ſpecifi-
deſumſi ab objecto, circa quod verſantur, hoc
res, quæ inferuntur in civitatem. Ubi notan-
1. quod hoc ipsô differant acciſæ à vectigalibus.
uod perſonæ acciſas non propter ſe, ſed propter
olvant. 3. Quod omnes, quicunque civitati quid
unt, ſubditi ſint, ſive non, ſolvere & præſtare
as teneantur. Id quod unicum eſt cum vecti-
us onus, quod ſubjectionem non inducit, quam
cognitionem ſuperioritatis, ſiquidem multum
eſt inter ſubjectionem, & recognitionem ſupe-
atis. v. g. ſi quis Germanus per Galliam iter fa-
cognoſcit quidem Chriſtianiſſimum Gallorum
m pro ſuperiori, recognitio tamen hæc non
it ſubjectionem. Dubitant equidem nonnul-
co, an juſtum ſit, ut peregrinus quis ſolvere
t acciſas, verùm cum rationes omnes & Re-
ones in chartam hanc conſcribere longum
m arbitremur, ipſi conflictui easdem reſerva-
Addidi porrò in definitione: Civitati quid

 inſe-

Digitized by Google

inferentes &c. Quibus verbis cauſam efficientem indicare breviter volui. Subjectum cui, poſui duplex, Principem & Civitatem, & hoc in paſſu conſuetudinem eſſe attendendam teſtatur. *Speid. d. l.* Finis eſt Reipublicæ utilitas, cui etiam aſſertioni calculum dat. *Klokk. cap. 9. n. 33. de contrib.* Alia, inquiens, vectigalia, quæ acciſas vocant vulgò, pro uſu Reipublicæ ad ſolatia anguſtiarum, & in compenſationem illius oneris, quod in viis fluminibusque publicis defendendis ſuſcipitur. Qui verò ab hujus præſtatione ſint immunes, videri poſſunt apud ſuprà laudatum Dn. Veit Ludewig von Seckendorff/ in Teutſchen Fürſtenſtaat / *part. 3. p. 225.* §. Wie denn bey den Graffen. Et hæc de priori acciſarum ſpecie.

§. VI. Altera ſpecies, latinis etiam acciſa, item Gabella, germ. dicitur Umgeld / & poſcitur ab iis, qui in cauponis publicis vendunt vinum aut cereviſiam, german. Bier- oder Tranck-Steuer. Item: ſi carnem quis vendit, nobis. Fleiſch-Steur. De quibus omnibus, ut brevitati ego ſtudeam, videri uberiùs poterit. *Wehn. in obſerv. pr. ſub verbo* Umgeld / *pag. 473. & ſeq. it. Speid. in Spec. var. obſerv. ſub ver. eod. p. m. 1311. & ſeqq.*

CAP. X.

De

Metallifodinis.

§. I. Me-

§. I.

METallum à fodiendo dicitur, ideò quia derivatur à græco, μεταλλᾶ, vel μεταλλεύω, & quamcunque ias materiam denotat, quam è terris protrahimus. a tamen in latiſſima ſignificatione nos loco ræſenti non accipimus, ſed per metalla nobiliores alti m materias intelligimus, item lapides pretioſos, marmoreosq;, quorum mentio fit in *l. 6. C. de metallar. & metall.* & qui ſunt ſimiles.

§. II. Ad definitionem cum acceſſus jam faciendus, præmonendum arbitramur, non metallifodinas, ſed reditus ex metallifodinis proſilientes nos eſſe definituros: quod ſint reditus publici, quos Imperator Romanus partim ſibi vindicat, partim verò ex ſpeciali conceſſione Electoribus & Principibus, hodie in R. I. pro Reipublicæ emolumento largitur.

§. III. Ubi notandum, quod quamvis olim metallifodinæ in patrimonio privatorum, & unicuique liberum fuerit, metalla è terris propriis eruere. *per l. item. 9. §. 2. ff. de uſufr. l. 13. §. 5. ff. eod. l. 3. § ult. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 7. §. 13. & 14. ff. ſolut. matrim. leg. 13. §. 1. Commun. prædior. leg. 52. §. 8. ff. de furt.* deinde tamen canon Imperatori fuerit præſtandus. *l. inter. 17. in fin. ff. de V. S. l. 2. & 3. C. de metallar.* & quidem pro ratione loci. *l. 2. C. eod.* partis nunc decimæ, nunc quartæ decimæ, nunc octavæ nomen habuerit. *l. 1. l. 2. l. 3. l. 5. & ibi Cujac. ad dict. tit. de metall.* Tandem Imperator Romanus inter Regalia metallifo-

lifodinas numeraverit, propriiſque fecerit Juris. Cujus rationes has putat *Arnis. lib. 3. de Jur. Maj. cap. 5. n. 5.* quod cum tàm amplos, tamque magnos ſumtus, quibus privatus ſufficere non poſſit, metalla inveſtiganda requirant, interſit verò Reipublicæ ut eruantur ea, præterea que Princeps poteſtatem habeat, ſi Dominus in fundo ſuo extrahere neglexerit, ut ea quærat. *l. Divortio, §. ſi vir ff. ſol. matrim. l. cunct. & ib. gloſſa. in verb. fiſcus. j. l. quosdam. & ib. gl. C. de metal.* ideoque cum ſumtibus his reſpondere præ cæteris accuratè Imperator poſſit, ſibi, & Fiſco publico attraxerit. Licet autem Imperator Romanus hoc olim Regale ſoli ſibi in Imperio Romano vindicaverit. *Goldaſt. tom. 3. conſt. Imper. pag.* 363. Et decimam tantum Electoribus partem ex metallifodinis, quæ in ſubditorum fundis reperiebantur, ſibi arrogandam conceſſerit, contrà verò Electores *Rumelin. p. 1. diſſert. ad A. B. 8. thes. 9. pag.* 134. de ſuis, quas in propriis fundis poſſiderunt, decimam dare Imperatori partem ſoliti fuerint. *Limn. lib. 3. de J. P. cap. 2. num. 11. p.* 13. illud tamen onus Carolus IV. Imperator Romano-German. per A-B cap. 9. ſuſtulerit, & Electoribus tantum pleniſſimum metallifodinarum uſum conceſſerit, id quod hodie obſervatur etiamnum. Quo verò notum ſit, quid in Electoratu Saxonico, nomine metallifodinarum habere velint Sereniſſimi Electores. *in conſtit. Elector. Saxon. Auguſt. 53. p.* 2. conſtituitur, quod omnes theſauri, profundius meatu aratri jacentes, Regalibus ſint addicendi. verba verò A. B. ita ſonant: Daß unſere Nachkommen/

n / die Könige in Böhmen / auch alle und ie-
Chur-Fürſten / Geiſtliche und Weltliche / die
ſführo ſeyn werden / alle Gruben / Goldes /
ıd Silber / die Erz / des Kupffers / Zinnes /
leyes / Eiſens / Stahls / und welcherley andere
eſchlechte es ſeyn / auch Salzes das funden iſt /
nd noch funden wird / furtan zu ieden Zeiten
ermelden Konigreiche und in allen andern Thei-
n und Landen / ſo demſelben Königreichen unter-
vorffen ſind / die obberührte Fürſten in Ihren
Fürſten-Thümern / Herrſchafften und Zugehö-
ungen recht und redlich möge beſitzen / mit allen
Rechten nichts ausgenommen. Quando verò
ſuprà dixi: Imperatorem Romanum omnes me-
tallifodinas ſibi vindicâſſe, cum grano ſalis ac-
cipiendum illud eſt, & ita limitandum, quod
omnes metallifodinas Imperio immediatè ſubje-
ctas ſibi vindicaverit.

§. IV. Quod ſi verò quæras, an reliqui ſtatus & Principes Imperii Romani ſimili gaudeant Privilegio? Reſpond. negandò, niſi ſpeciali Imperatoris conceſſione fiat, *teſt. Dom. Arumae. ad A. B. c. 9. thes. 5. pag. mih. 214. & Speid. in ſpec. var. obſervat. ſub voce* Erz-Gruben / *§. ult. pag. 295.*

§. V. Ratio propter quas effodiuntur metalla, eſt Reipublicæ utilitas, cujus hodie cardo præprimis in eo volvitur ut variæ monetarum ſpecies

Digitized by Google

ſpecies cudi facillimè poſſint, & antiquus contrahendi modus, qui per nudam duntaxat permutationem exercebatur, proſcribatur, variisque inde orientibus intertrimentis ponatur obex.

§. 6. Jam actis, ſupremo in cælis Numini, pro im̃enſis erga me beneficiis, ex imo pectoris abiſſo gratiis, Diſputationi meæ huic impono

F I N E M.

99 9509.48